

In Nomine Domini Amen. ad perpetuam rei memoriam. 142
 Ad hoc aeterni Regis praesidio gloriosi Principatus solium assumpsi 513.
 mus, ad hoc Regni recepimus Diadema, ut subjectus nobis populus
 nostro felici suffultus Regimine in pacis dulcedine conquiescat, et ab omni
 oppressionum gravamine jugiter liberetur. Proinde Nos Wladislaus Dei
 gratia Rex Poloniae, nec non Terrarum Sracoviae Sandominiae Sira
 die Lancicia Cujavia Lithuaniae Princeps Supremus, Pomeraniae
 Ruspriae Dominus et haeres etc. Notificamus tenore praesentium tam
 praesentibus quam futuris, quibus expedit, universis. Quod consideratis,
 et in animo revolutis multiplicibus oppressionibus, gravaminibus, et
 laboribus, et jacturis Civibus et Incolis Civitatis Regni Nostri ex frequen
 tia Vectigalium, ducturarum, et equitaturarum, quae Podwoody dicun
 tur, et aliis quibuscumque Nominibus nuncupantur, immittentibus, di
 gna et salubri animadversione eadem vectigalia ducturas equitatu
 ras ut praemittitur Podwoody dictas merito decrevimus abolendas, ut
 Cives et Incolae Regni et Dominiorum Nostrorum a gravaminibus
 ipsarum respirare valeant, et Creatoris Nostri Clementiam pro Nobis,
 Consorte et Prole nostris carissimis liberius exorare, et Civitas nostra San
 dominiensis hac plenitudine gratiarum nostrarum gaudeat, ut fru
 atur, et laetetur, Cives oppidanos et Incolas ejusdem Civitatis Nostre San
 dominiensis ab omnibus vectigalium, ducturarum, equitaturarumque
 quae Podwoody dicuntur oppressionibus, et gravaminibus excipimus,
 absolvimus, et perpetue liberamus, decernentes, et constanti firmitate sta
 tuentes, quod a modo ab eisdem Civibus et Incolis praedicta Civita
 tis Sandominiensis equi pro vectigalibus, ducturis equitaturis Podwo
 dy dictis, tam pro omnibus, quam pro nuntiis, quam etiam fal
 conistris, et aliis, nulla recipiantur per Nostros quoscumque officiales, et
 Nuntios, ratione scilicet, quod ipsi Cives et Incolae ejusdem Civitatis ab
 ipsorum datione sint soluti liberi et exempti. Illa nostra necessita
 te tantummodo excepta et excusa, quod dum ibidem in Sando
 mirz constituti fuimus, ipsi Cives et Incolae ejusdem Civitatis pro
 deducendis nostris ute nribus, coquinalibus, tres aut quatuor cur
 rus Nobis et Dominae Reginae Consorti nostrae carissimae similiter
 dare tenebuntur ad Civitatem, sive ad locum proximum, in qua
 et in quo stationem tunc facere nos contingat, juxta consuetudinem
 tempore felicitis recordationis Domini Kazimiri Regis Poloniae Prae
 decessoris Nostri observatam. Si autem aliqua oportunitate emergente

ipsi Cives huiusmodi vectigalia ducturas et equitaturas ratione
requisitionis Nostrae dederint et assignaverint, ista ad solutionem
debitam pecuniarum Nostrarum, et non aliter dare et assignare
tenebuntur. Vobis igitur Capitaneis, Procuratoribus, tenentibus, Nun
ciis et Officialibus universis nostris firmiter damus regalibus in
mandatis, quatenus eisdem cives nostros juxta hanc, quam ipsis con
cessimus, conservare debeatis libertatem. Harum, quibus Sigillum
nostrum appensum testimonio literarum, Actum Sandominie
Quinta feria post Dominicam. Invocavit. Anno Domini Mille
simo Quadringentesimo Decimo Presentibus Validis strenuisq; viris
Christino de Ostrow Palatino Sandominiensi, Michaeli de Bogum
Towice Lublinensi, Moricio Poznaniensi, Nicolao de Michadow u
niciensi, Petro Szafrańic Succamerano Cracoviensi, et Petro de Fa
kow subjudice Sandominiensi multisq; aliis nostris fidelibus fide di
gnis. Datum per manus honorabilis Nicolai Praepositi S. Floria
ni ante Cracoviam vice cancellarii Regni Poloniae Nobis sincere di
lecti. Ad relationem ejusdem Regni Poloniae vice cancellarii.